









1704.

- 11^{a, b, c}. d. Ludovici, Jac. Fovdes: De natura et interpretatione
spandium 4 Sept. 1704: 1747.
- 12^{a, b}. Ludovici, Jac. Fovdes: De facto tutorem a pupillis
non praestando. 3 Sept. 1704: 1748
13. Ayluis, Christianus Wlo: De reservatione hypothecae
a venditore facta in securitatem pretii venditi
- 14^{a, b}. Ayluis, Christianus Wlo: De reservatione hypothecae
a venditore facta in securitatem pretii venditi
15. Schuster, Joh. Fridman: De delictis principis
16. Schuster, Joh. Fridman: De turbatione juris Delictis
17. Schuster, Joh. Fridman: De crimine gratiae
18. Schuster, J. Fridman: De munitatione praescripti
litem impediendo.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]



2
1707
10

2. D. B. V.
SCOPVLOS DOCTRINAE VVLGARIS
DE

IVRIBVS
GERMANICIS
FEVDO COGNA-
TIS,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
REGIAE DOMVS SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO,

PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

PRAESIDE

IOANNE PETRO Gudewig/ I&.

CONSILIARIO REGIO, IVRIVM AC HISTORIARVM PROF. ORDIN. ATQV
ARCHIVARIO TABVLARIII MAGDEBVRGICI,

DETEGET SVPERABITQVE

RESPONDENDO

IOH. WERNERUS LÜDER,
CVSTRINENSIS MARCHICVS.

HALAE VENDOR.

D. VII. MENS. IANVAR.

LITTERIS ZAHNIANIS
MDCCVIX.

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name "GERMANY" and "PHILIPPO WILHELM".



DE
GERMANICIS IVRIBVS,
FEVDO COGNATIS.

CAP. I.
RATIO TRACTANDORVM.(a)

§. I.

ANte contraxerunt Germani (b), quam iuris Romanam & Longobardici decreta uel intelligerent *Antiqua patriae instituta non subtrahantur.*

A 2

Nexus dicendorum.

(a) Romanorum contractus ubi convenient cum feudis, ubi discrepent ab iisdem, plane pleneque in superiori argumento fuit commutatum: sed foecundior longe restat locus differendi de patrii iuris contractibus, qui eo fidentius frequentiusque cum feudali negotio confunduntur, quo magis illi a patriae iudicibus & patronis causarum, idque impune ferme, ignorantur. Ratio itaque instituti uult, ut horum quoque indolem indagemus &, quam inique & facile illi feudis accenseantur, ordine condoceamus. Dei nomen adsit scribendis.

Pauca de tractuum ueteris Germaniae.

(b) Equidem si antiquissimam nostrae reipublicae faciem, ex ultima TACITI aetate, nobis in memoriam reuocamus: illa tantum non ab omni genere contractuum uideatur abhorruisse. Quae sol enim qui emisit dixerit illos, quibus auri & argenti usum numina negauerunt.

1 Nisi pretium in pelle & canabe quoque uideatur constitutum, quo genere rerum olim Germani & operas soluerunt & indictas a iudicibus multas. LOCATIO isti etiam aequo minus conuenit. Est illa uel operarum uel rerum. Utraque tum prouincia defuncti sunt serui, qui & opifices fuerunt & coloni. PERMYTATIO rarior Latio contractus, Germaniae frequentior fuit; ut illi etiam, quos leges dicunt INNOMINATOS. Verum ex quo tempore numerorum notitiam accepere maiores nostri; illi quoque EMTORES habuerunt: deinde ex quo manumissiones sacrorum antistitum elogio opulentioribus familiis commendatae &, uere scribo, inter fraudes & fallacias extortae sunt, tum demum ad uictum & cultum opus quoque fuit, ut liberti agros & operas LOCARENT conducerentque. Inde nona innumeraque patrii iuris nomina audierunt.

qui post aduerti sunt.

Erh.

rent (c) uel, quod tardius longe factum est, in curiis seque-

Erbmannen; Zinsfleher; Veteranen; Gotteshausleute; Baumannen; Zinsmannen; Guldbauren; Freybauren; Erbrechter; Leibrechter; Leizächter; Heerengastler; Freystifter; Mensestifter; Wispamiger; Bruchhayen; Eschayen; Cossater; Cöther; Beständer; Heurer; Erbeschen; Erbdrescher; Halbbauren; Heerlagsbauren; Undienstmann; Frohnen; Spänner; Semperleute; Zauten; Häbener; Schaffner; Meyer; Erbpachter; Landsbedeler; Gabelente; Widdhaber; Leibeigene; Widsfänge; Leute; Laffen; Laßbanern und Laßgüter; Schillingsgüter; Ehrschätzig Güter; Schaafpöcher; Pachtshäfer; Dingenhöse; Calenhöse; Kellerhöse; Manßmatten; Schupfleche; Rutscher; Zinsken; Churmeden; Robathen; Neureuthen; Stockgüter; Erbtansch; Butterrechten; Calanden; Zehnden; Gündzinsken; Wandzinsken; Rauchzinsken; Blutzinsken; Sackzinsken; Fehmgelder; Umgelder; Schaarwerk; Pfandschilling; Rauchhün; Fackwachthün; Schöppenbrod; Schulgenföhe; Gottesföhe & alia plura genera contractuum, quos hodie rectius agricolae & coloni docebunt; quam maximi nominis Icti in Germania. Tantopere scilicet desuetactae sunt scholae nostrae a patriae institutis. (c) Quamuis enim certissimum sit, doctores christianos cum sacris Italiae, leges quoque romanas, Theodosio interprete, in Germaniam illi-

Notitia Iuris Romani ante in Germania quam apud Germanos.

1 | co attulisse; quod uel testamenta, Carolingorum tempore in Germaniis more romano condita, lacinaeque nos docent, quas hodieque offendimus in capitularibus Francorum & Germanorum, ut frustra sine, qui lumen iuris romani in finibus solum continent Galliae; notitia tamen earum fere inter magistros, quos ex Italia accepimus, uiguit; ciuium nostrorum animos penetravit rarius. Quo fit, ut germanicorum contractuum indoles clare ostendat, illos sola ratione duce & comite aequitate, nullo aliarum
2 | legum auxilio confectos fuisse. Pa-
3 | ciscentium uero instituta in more, eandem iuere, unde iura exorta sunt hodieque in hoc argumento peculiaris nostrae reipublicae. Praeter-
4 | tim hoc in illis partibus intelligitur, quibus res colonorum & ruiticorum diriguntur, maxime in locis, quae academiis non habent tantopere uicinas; deinde praetores constituant, usu magis edoctos, quam enutritos in scholis; post ubi in colonariis negotiis Siciliae legi acceditur, GROTIUS in *storum ipsatione* ex eoque Lamb, *ORISIO ad comment. de effestuatione c. 2. n. 27.* laudatae. Quae talis est: DOLUS MALUS ET IURECONSULTVS ABEST. Horum omnium cum Sueviae; Fianconiae, Westphaliaeque provinciae obseruantissimae essent, causa patet, quare colonaria quidem iura patriae ubique propria sint, uerum in istis
5 |
6 |
7 |
8 |

Quod hodie quo uerum, praef. in quibusdam can. si prouinciae que.

Ius te in qua viis

Ante quam cepit

sequerentur (d). Patriae tamen instituta, tantum abest, ut per illa unquam sublata sint: quin potius solennes imperii leges hodieque uelint, ut in haec ante inquiramus, quam dilabamur ad romani iuris peregrinitatem (e).

§. II. Si amplius patet auctoritas Iustiniani, in *Ignorata tamen ne-*
nimo peccatur. Matrem uero is error ignorantiam ha- *gliguitur.*

A 3

bet.

ditionibus, omnem etiam integritatem retinuerint a legum Romanarum peregrinitate.

(d) Quatuor IUS ROMANVM periodos & epochas habuit in Germania. Principio in illa INNOTUIT ab exordio religionis christianae. Deinde in DELICIS fuit legislatoribus & iudicibus, ob uim rationis & aequitatis, quam plures magni fecere. studio priuato excitati. Tum SCHOLAE & magistris instruere coepit seculo decimo quarto, ut animi iuuenum exercebantur in iure, artis formam quadantenus habente. Deum etiam in foris euriisque patriae LEGIS accepit auctoritatem. Ultimatum factum est Maximiliano primo imperante; quo recens institutum imperii supremo tribunali, CAMERAM uulgo dicunt, codex esset, ad cuius decreta adstringerentur adfessores, cum periculi plenissimum esse uideretur, maximi momenti sententias, tantum committere uelle animorum religioni. Haec ut ego existimo causa fuit: quod ius Romanum nobis lex fieret: raperet Germanos, non manu duceret: neque tantum in laude apud nos ac in pretio aequitatis esset, quo id censu, &

1 Magna Britannia habet & Septentrionalia regna illaque, quae nobis uicina sunt uersus orientem; uerū, receptione, decreto comitali sancita, iam nunc dici possit, quod omnia eius sua fecerint Germani. Differunt uero inuicem longissimis intervallis: Iustinianum, per quos gradus Germania iuit, nunc uidere

2 HOSPITEM: deinde CONSULTOREM habere: tum salutare DOCTOREM: max comitem uereri in iudiciis: tandem, quo nondum delapsi sumus, locum ei facere tanquam LEGISLATORI.

3 Haec omnia inuicem magna perturbatione commiscet *Arthurus*

4 ille DVCKIVS in libro de auctoritate Duckij contra iuris Romani per uniuersam Etyrosuram, haud dubie studio partium, quas contra Angliae aduocatos, contentores Romani iuris doctorum, e quorum numero & ipse fuerat, maximopere tuetur. in deua abreptus: ut nobilissimum hoc argumentum nouum scriptorem desideret, qui causas procul habeat odii & amoris. Cum hoc etiam morbo illi laboraueriat, qui iuris Romani fata in Germanis exposuerunt.

(e) Supplet Iustinianus iurisprudentiam Germanicam; non corrigit *Hodieque in Rom, nobis*

git

Ius Rom. ante in scholis, quam in c. viii.

Ante consilii, quam praesepi.

bet. Romani iuris doctrina iuuenes enutrimur (f); patriae consuetudines discimus uiri & senes, adque taedii plenissima ratione. Utpote uel ex aerugine obductis monumentis (g); cui accedit rei ipsius quaedam infinitudo, ut, qui modo in una provincia magister audiit, in alia causas acturus tiro sit ac hospes

subsidiarium est.

git aut tollit. Ultimum enim si constituisent imperii ordines in comitiis: plurimi eorum limites transgressi fuissent suae potestatis. Illos hic uolo, qui in legibus condendis manus adductas habent ad suffragia & uoluntates landsässorum. Imo qui hodie in prouinciis suis liberrima imperia habent: illis tamen aeuo Maximiliani eius generis causa fuit argumentum *prouincialium comitiarum*. Sed his ambagibus non est opus, ipsi supremorum imperii tribunalium adfessores non aliud symboli habent, iurisiurandi religione firmatum, quam ut causas respondeant secundum *consuetudines cuiusque prouinciae primum: deinde iuxta mores imperii: tum leges Romanas: tandem aequitatis rationes sequerentur*. Simile iudicium merentur instituta Longobardica feudo rum: quibus tamen locum dabimus singularem.

Consuetudo autem iuris R. in Germania. Praeiuulicium inuentus.

(f) Quibus pueri ac iuuenes adfuescimus, illa tantum etiam in senectute momenti habent, ut altera natura id audiat philosophis. Hac causa Angli adolescentes arcant a lectione iuris Romani, cuius loco ista aetate regni consuetudines & constitutiones commendant: post,

1 si temporis quid & otii uiris aut iuuenibus superfit, dant etiam, ut salutetur Iustinianus. Intelligunt enim illi, quam difficile sit: nouercam docere, quam infans ac puer matrem habuisti. Accedit, quod stomachum uiris, in omni argumento moueat, discere. Quid nos Germani? Primo *catecheseu* Iustiniani in adolescentia discimus, non philosophiae lumine notatam; sed instar *credendum*, qualia habent theologo. Deinde sacram infulam largimur eius generis cultoribus, licet patriae consuetudinis ne apicem quidem intelligant sciantque, esse etiam, praeter Romana, alia iura Germanis. Quis ergo dubitet, molestissimum fore ciuibus nostris, uiros dediscere, quae pueri tanta animi religione didicerunt: imo, quod magis est, tirones in foris reddi, qui academicis magistris audierunt.

(g) Ante non forebit ius patriae, quam systematis formam id accipiat & iuueues illud doceantur: simpliciter quidem neque per transennam tantum ceu accessiones iuris Romani. Quae perturbatio Angliae proceribus tantopere displicuit: ut eius sui, *Iohannis Cowelli; Fata iurisq. institutiones iuris*, in quibus Lati; *Cowelli.*

& AN.

pes(h): per singulas autem crassari, immensi operis esse uideatur(i). Mutabilitatem iudicum & temporum addo(k), quae ipsa non minorem difficultatem ad-

& Angliae legum ostendit concentus, e regno suo proscripserint auctoremque tantum non infamia notauerint, patrii iuris turbati cum peregrino. Sermonem non solum Anglorum haec habeo: sed etiam testimonio SPELMANNI, qui casum uiri deplorat. *Doctor Cowellus de hoc postulat coram ipso parlamento, & inter alia fatetur grauiora, sententia parlamenti, traditus est custodiae & libri eius publice sunt combusti.* Contra nostrorum ciuium aliqui in crucem illum potius agerent, qui in patria sperneret hominem Graecum, Tribonianum. Qua propter Angli patrii iura sermone patrio in academijs sigillatim docent: ne quod primarium est, recessorii loco queat haberi. Nobis patrii iuris non doctores sunt: non libelli. Quod utrobique traditur. sparsim fit, nullo ordine & integritate. Dedit hoc rex noster suae Fridericianae, ut legum studiosi curias frequentent, causas orantes & respondentes audituri. Verum taceo proteruam licentiosae iuuentutis, qui bus hanc sibi uiam in aliquibus iudicijs praecluserunt: exercentur iura in foris non docentur. Superest igitur patrii iuris cultori, ut membrum proficiat ex usu, doctoribus, legibus & monumentis.

(h) Id quidem maximum est profectuum ex patrio iure impedimen-

1 tum: quod minutissimarum etiam
dituncularum domini uouos ege-
rint Insini nos uelintque suis sen-
sibus etiam nunc in iure dicundo
gaudere, unde illa oritur Germani-
2 carum LL infinitudo. Arguimus
hanc audaciam alibi. Verum pot-
tissima nosse hic sufficit, ubi inte-
grae prouinciae legibus differunt:
non ubi muri ac fossae. Taceo, quae-
dam etiam esse Germanicis populis
3 uniuersim communia, unde singu-
lis accedit lumen, cuius ope, quo ne-
xu cetera cohaerent, facile intel-
liguntur.

4 (i) Scripsit GIESEBERTVS *Iusti & Mariae,*
manum Harmonicum, in quo libro
uariorum locorum consuetudines
iuraque conferuntur cum institu-
tionibus iurisprudentiae Romanae.
5 Verum plurima auctorem fugerunt:
deinde diuersorum uoluminum lo-
ca, non uerba ipsi laudantur, cum
tamen ex his demum ueri pateant
sensus: post incisae & membratae
interpolata nullo fere ordine con-
6 stant: taceo & litteras libri & ca-
lamum scriptoris proderet, indice
digito ostendi magis, quam tractari
& absolui argumentum. Illud quo-
7 que uerissimum est, iuris huius loca
plurima esse in pandectis enoluta,
quae apud Tribonianum quem se-
quitur Giesebertus, omnino deside-
rantur

(k) Habuerunt, Romani uarias d) in stabiles.
ictor.

e) multipli-
ces etiam.

adfert iurisprudentiae Germanorum,

Causae errandorum

§. III. Pretium itaque operae me facturum esse, confido, si iura & contractus (l), Germaniae peculiare, quotquot feudis cognati habentur, hic explicuero sigillatim. Cum quod id argumentum hic locus exigat (m) : tum etiam, quod plurima sint, quae liberari debent ab inueterata doctorum erratione (n).

Praesidia quo,

§. IV. Felicius forte id fieri poterit : partim, par-

Ictor, opiniones, quae cum auctoritate celebrium uirorum effloruerunt iterumque collapsae sunt. Eadem fata tenent iactantque iurisprudentiam Germanorum. Cum enim principes nostri a iuris studio hodie fere abhorreant, quod illud tricass habeat, maioribus parum olim curatas : omne momentum eius nunc ferunt iudices & rerum administratorum indoles est, improbata antiqua nouaque effingere, ut hoc remedio prudentiores & magis nasci uiderentur, quam antecessores. In uulgi sermonem iuit; *nene richter, nene rechtze; nene schneider, nene moden.* Quin principes ipsi id peccarent, non esset metuendum. Dissuaderent id hereditas auitae gloriae; reipublicae cura; grauitas & uoluntatum perleuetantia.

Limites argumenti.

(l) Scilicet cum uasalli *serui* adpellentur cum hisque conferantur, ex iure personarum repetenda erit indoles *hominum proproorum; Wild-funziouum*, aliorumque qui sunt generis eiusmodi; ex iure rerum *cepsum* genera & *seruitutes*, Ce-

1 cera, quae feudorum leges nulla attingunt ratione, huius loci non sunt neque nostri instituti.

(m) Diuersae feudorum constitutiones diuersas causas suppediunt. *Quare id huius loci?*

2 tant uicinitatis ciuiliu contractuum iuriumque cum institutis feudorum. Retinet largitor dominum in re feudali uel omne dominium uel eius partem aut umbram: idem fieri dicunt in *Erbyachten; Erbynsen; Zinsgütern; Zehenden; Leibgütern* in plurimis; aliis, quae sunt generis eiusdem. Tenetur uasallus domino obligatione praestandorum officiorum; cum quibus conferunt *die Pflicht der Leibeigens; Wohnen; Semperleuten; Cosaten; Raier; Erbschäfer* reliqua. *Suocessibus* etiam inuitu feudis cognata dicunt, die

3 *Stammgüter; hieicommissgüter;* majoraten cetera. Ne ergo, quae cognata in uno sunt, etiam in altero confundantur: singulorum rationes habent lae sunt sigillatim.

4 5

6 n) Plurima doctores fallunt, quod eius generis iura & contractus cum feudis confundant. *Prima causa est affi.*

quod hoc genus contractuum litterarium est (o); partim quod hic plurima e pristino Germaniae statu lucem accipiunt (p); partim etiam morum (q) & sta-

B

tuto-

affinitas. quam attigi p. 75. n. 23. *Alic-*
va ambiguitas uerbi *Lehen* / *Single-*
hen / quod etiam dicitur de allodio p.
52. 53. n. 2. *Tertia* medii aeni ignora-
tio; unde aestimari debet cuiusque
natura. *Quarta* desideria iuris publici
singularium provinciarum Germa-
niae nondum expleta. Quorum
unam si neglexeris, fieri non potest,
quin inter nimium & parum peccet
& uel domini iuribus aliquid de-
trahas uel clientis.

(o) Vnde uero rectiores hic do-
ctrinas adsecutus sum, summam ex-
plicabo. Principio id singulare est,
quod hoc genus contractuum fere
litterarium sit litterisque & con-
stitutis soleat & patrono uel cliente
mutato, renouari. Quam industri-
am clericis tribuo; qui promptiores
longe fuerunt in iuribus adnotan-
dis, quam alii. Sunt haec instru-
menta plena & clara, ut, quo loco an-
tiquiori Germaniae res ipsa fuerit,
ex illis intelligatur.

(p) Aratorum & agricolarum
haec negotia fuerunt, quae fere cum
ordine nobilium contraxerunt.
Opus est igitur eius argumenti in-
dagatori, ut non solum indolens no-
bilitium, ingenuorum, libertorum, ser-
uorum uarij generis e notitia me-
dij aeni hauriat intelligatque no-
mina *landssassorum*, *adelingorum*,
frilingorum, *ber* semperleute / *leib-*
esigen & reliqua; sed etiam prae-

1 diorum iura in numerato habeat,
uarij generis possessoribus relicta.
Ex utroque enim multum lucis acce-
dit libellis contractuum rite expen-
dendis. Maxime autem si cuiusque
2 reipublicae singularis notitia accef-
serit: quae in Germania multum
inuicem distare uidentur.

(q) Supremus Boevariae ducis
cancellarius, supra p. 121. n. 7. lau-
3 datus, hoc iudicium profert. Rusti-
cos in natura antiquissimorum con-
tractuum conferuenda ac custodi-
enda longe feliciores esse. ciuibus
urbium. Suomet uir maximus exem-
4 plo docet, se plurima sermonibus
rusticorum, in foro prolatis accepit.
se idque in rebus, quarum obscuras
aut peruersas rationes deprehende-
rit in libellis. Inde certissimum est
5 se; quod noui praetores colonarias
causas male respondeant, nisi ante
aurem praebent colonis, qui in his
negotijs consenserint. Nolle haec
iplos colonos: quare frequenter fi-
denterque in iudices & aduocatos
6 inuehant; sie wußten ihre weise nicht/
sie ließen sich von ihrer gewohnheit
nicht bringen / es brächte der Ge-
brauch ein anders mit sich. Qua-
7 propter hic maioris facienda sunt
scripta, quae forensia audiunt, quam
illa, quae in academijs e tripode iuris
Romani prolata fuere. Icti magis
consulendi sunt, qui responderunt
iura; quam qui docuerunt.

(r)

Praesidia
huius argu-
menti;
a) instrumen-
ta

b) notitia
medij aeni.

tutorum laciniae (r) multa suggerunt, quam plurimis peruersè intellecta.

CAP. II
DE ORIGINE IVRIVM DIMIDIATORVM (s)
IN GERMANIA.

§. I.

*Multitudo
iurium di-
midiato-
rum oritur*

Illorum iurium, ubi eiusdem rei diuisa inter plures dominia sunt, tanta in Germanis est multitudo & uarietas, iurisprudentiae Romanorum fere incogni-

*d) Statuta
eorumque in-
terpretes*

(r) Equidem iudicia de statutis ditionum Germaniae aliquot locis prolata sunt superius p. 14. n. 3. Verum ut illa parum in aliis causis abeunda iure Romano, cum scriptores habeant academicos: ita tamen in *ve colonaria, censuum & seruitutum* rationibus, quaeque his sunt uicina, patrios mores omnino prodant, a legibus Romanis diuersos. Sine id rusticis, iurium suorum tenacissimis custodibus debeamus; siue quod ab his negotiis fere remoti uixerint aduocati: id sane uerissimum est, reperisse nos in istis non tantum singularia profus; sed etiam, ubi doctores in sententiis uarij sunt & accipites. lucem accepisse, qua duce scopulos euitauimus, in quibus alij solent haerere. Quapropter nullus fere Germaniae principatus leges prodierant, quas non hoc fine cœmerim legerimque utili quidem, sed negotioso admodum instituto. In primis etiam commentatores in patriae statuta maximi ideo feci. Utinam quaelibet prouincia domesti- cum haberet doctorem, qui discrimi-

1 mina patrii iuris a legibus Romanis summatim exhibuisset. Specimina eius generis aliqui in cathedra prodixerunt academica; instituto certe dignissimo, quod alij pari industria imitarentur. Ita enim fieret, ut per summam intelligeremus uestigia patrii iuris, quae hactenus difficulter hinc inde despersa colliguntur.

2
3 (s) *Dimidiata iura* dico, ubi eiusdem rei pluribus non communia; sed diuisa sunt dominia. Ut alter possideat agrum, atque eius colligat redditus; alter in eo proprietatem; dominiū directum; annum censum; angarias aut simile quid habeat, quo intuitu non ager; sed ius in agrum & quidem in consideratione diuersa diuisum esse uideatur. *Dimidiatum* pomum; lunam; diem; horam dixerunt Romani. *Dimidiatum* rem uel etiam ius habere, dictiones sunt Ennii & Plauti aliorumque. Abstinenti a uerbo *communio*is, quia haec & rei eiusdem est eiusdemque modi, qui hic differunt. Neque uox *diuisi* placuit ob causam fere eandem.

*Dimidiatum
quid?*

In.

cognita (t) : ut operae pretium omnino sit, causas unde illa prouenerit, sollicitus paulo indagauisse (u). *a) ex manumissione seruorum.*
 §. II. Principio in his tempora habeo dissolutarum in Germanis seruitutum (x), propitio, an ira-

B 2 to

Interpres sit *AGROETIUS de orthogr. p. 226. n. 5. dimidiatum calicem bibi, non dimidium: non enim bibi uas ipse.*

*Iurium di-
midiator.
multitudo &
uarietas.*

(t) Prouoco ad p. 140, litt. b, ubi pleraque genera horum iurium recensuimus. Cuius numeri, qui calculos iniecit, illi facile ad credendum erit, Romanas leges nec quicquam eum unquam attingisse. Serui Romanorum omnes ad genera omnia seruitiorum obligati fuerant: quamuis diuersi ad diuersa, pro dominorum arbitrio, destinarentur. Nostris autem moribus alia atque alia officia homines eius generis tenent die seibeigene / extra quae nulla eorum est obligatio. Deinde quamuis ad scriptitii; superficarii; militares; uectigales; colonarii; stipendiarii aut agri generis alius in legibus Romanis recensentur: paruus tamen is numerus est, si eum contuleris cum Germanico. Neque ullius gentis memini, quae patriae instituta uarietate & multitudine horum iurium superare queat.

Utilitas originis hor. iurium.

(u) Historia horum contractuum causas loquitur eorundem atque rationes, quibus constituti sunt. Et quamuis tempora & casus in una & altera parte quid immutauerint: omnia tamen ad indolem prima eam respiciunt, ad quam exigenda, restringenda & explicanda illa etiam sunt, quae mutationem subierunt. Utinam

1 doctores operam, quam in conciliandis patriae iuribus cum placitis Romanorum adhibuerunt, in originibus impediissent; ut historiam horum contractuum haberemus, lumen ueritatis; cum iste labor contra uideatur mater perturbationis.

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

(x) Seruitutum iura monarchiis sunt odiosa, illis maxime, ubi principes frena laxare incipiunt & imperium adfectant absolutum. His artibus factum esse puto, ut Iustinianus Imperator manumissiones non solum facilitaret; sed etiam commendaret illos per omne imperium. Hoc enim remedio familiae eneruantur robore, opibus, diuitiisque, ut omnia pendeant ab arbitratu imperantis. In Germanico imperio ius belli priuati accessit, nobilibus landfassis relictum, adeoque maiorem principibus metum iniecerunt cohortes seruatorum, agentium in dominio unius. Certe usum e re fuerat principum infirmiorum, ut, seruitutibus subactis, prouinciales ordines imbelles redderentur. Ipsi episcopi ex quo territoria nacti sunt, idem ex eadem causa in notis habuerunt: ne landfassi eorum institutis se obiecti possent. Quaeruntur itaque artes, quarum tegumenta in sententiis N. T. ostentantur. Indignum quippe esse, sacri oratores, dixerunt, homine christiano uti uelle manipi.

Qui

to numine, id factum sit, ambigo (y). Tum enim agricolae, simile est iudiciū de generibus operarum aliis, de

Qui Christo fidem dederint, membra esse, in uno corpore sociata, quae sub uno etiam capite agerent, Christo seruatore. Membrum igitur membro dominari, iniquum fore simileque portenti. Accedere, quod homo Christianus rex sit & regalis particeps sacerdotii, quorū rationibus pessime congruat nomen sordidi mancipii. His argutiis conscientia dominorū impetita, mox etiam oppressa est, ut officii christiani esse crederent, seruis dari libertatem. Qua propter illud quoque reperio, dominos quandoque famulos suos uinculis coercuisse, ne conuentibus christianorum interessent. Certe, fore ut nutritoris sui nomen eierent, si id Christo dedissent. Non tamen uno icū sublatae sunt seruitutes. Seculo enim Carolingico pietatis fuit, manumittere. Ottonum aeuo manumissiones ita in mores iuerunt, ut inlar decori haberentur, exceptis Venedis, sub imperiū redactis, quorum seruitus eodurior fuit, quo maior populi illius ferocitas in uicinos Germanos. Adeo enim illis usi sunt seruis maiores nostri, ut uerae seruitutis inde adpellationem sumpserint, ein Schläge oder Wend: uerbo Rucht dicendo locatorem operarum, et uen mietstnecht. Functarum permutatio, quoniam Slawa gloriam notat linguae Venedorum. Post autem tempora interregni id demum actum est, ut manumissiones omnibus imperii ordinibus imperarentur. Ut hac uiuere lege nunc

uideamus omnem orbem christianum.

(y) Disputare nunc liceat philosopho, utrum iure utiliterque sublatae sint seruitutes, an secus: quoniam Icto non licet, causam conclamatam & publica lege abolitam tueri.

Quo autem fine id fiat, dices? Repono. Si non alio, amore ueritatis.

Quamuis nullus dubitem, fieri posse, ut imperii princeps euangelicus seruitutes reducere queat & stabilire iterum in suis prouinciis, cum libertas plurimis sit molestissima. Et uero si de rationibus consilii dicendum est, pessime consultum esse puto, & dominis & seruis manumissione.

Gaudet fortunis domini seruus, quas omni modo promouet, quoniam

spem & ipse cum posteris habet laetioris uitae sub domino opulento: dominus non minus seruo bene cupit, cuius liberos fouet, artes docet

per magistros, quod nouit, sibi, non aliis operas serui artificis demum

profuturas. Contra mercenarii, domino non prodesse, sed inanium specie apud eum ualere student, quod

mutabilem esse sciunt dominorum uoluntatem liberorumque, nullas ob

bene merita habitum iri rationes: ipsi domini seruis conductis diffi-

dunt, ne, artes edocti, illos deserant perantque dimitti. Quo fit, ut optima

ingenia in otio & ignauia putificant & depereant in paupertate.

Utinam ergo reducerentur in rempublicam iura seruitutis, cum ingen-

An cum ista
iuria sublatae
seruitutes?

Man
1011

1011

deesse coeperunt dominis praediorum (z) uel facti sunt adeo sumtuosi, ut reditus fere omnes abirent in eorundem mercedem (a). Inde ergo factum est, ut domini latifundiorum partem agrorum tradere mallent aliis, canone, censu, seruitiisque sibi referuatis (b), quam, ex proprio eorundem usu, damna experiri.

§. III.

ei commodo artium ac scientiarum in republica. Quid uero? num improbum esse, uideretur, quod noueo. Nec quicquam. Pauli & antiquissimorum conciliorum praecepta sunt: ne serui, Christum seruotorem profesti, dominos deserant, adfectione libertatis. Peccatorum seruos Christum horrere, non operarunt.

*Mania ser-
uorum.*

(z) Non raro sexcentos seruos unus Landsassius habuit sub suo dominatu; quibus diuersa assignauit officia pro ingeniorum rerumque peragendarum liberrimo selectu. Romanorum seruorum alii iurisperiti; medici; philosophi; oratores; scribae; sculptores; pictores; artifices generis alii fuerunt: e quorum operis dominus uno saepe die accepit multa millia nummorum; honestissima ad ditendum ratione. Germanorum opes re pecuaria & rustica fere fuerunt absolutae. Ut adeo serui eorum plurimi fuerint aratores, agricolae, pastores, rustici, peditarii; paucissimi opifices cum nostris nulla stipellax ad delicias. Inde in medijs aeni diplomatibus fundos & agros, non coemptos fuisse, reperiō, nisi cum mancipiis aliquot, quorum opera colerentur. Formulae fuerant; tradimus illi sex mansos cum

tribus slauiis toridemque ancillis & quae eiusmodi. Plane ut nostris moribus praedia uendi solent cum iumentis, gregibus, relique agrariae instrumentis, quae nobis ueniunt nomine *inuentarii*. Omnia autem haec praediorum domini desiderarunt, imperatis Germaniae seruorum manumissionibus.

(a) Qui operas numerauerit, *Mercedariae* quas cultura agrorum requirit, ille sumtus non mirabitur a nobis notatos. Auxit illos conducticiorum seruorum instabilitas, neglectus, desidia, ferocia, procacitas, obsequii fictique obliuio. Quos morbos ille demum intelliget, qui aliquid nominis praedium colere & curare debet beneficio seruorum, qui mercede annuatim conducuntur. Vulgi sermone dicitur, fundum, qui *angarius censitis, emphyteusis*, hominibus propriis, seruitiisque glebae adscriptis destituatur, aibus conferendum deplumatis uel equis carenti aurigae. Ein gut das keine hofienste oder frohnen hätte / wäre ein Vogel ohne flügel / ein fuhrmann ohne pferde. Wer alles seld durch mietbleute bauen wolte / der schöpffe wasser mit einem sieb. Quoniam fructus abirent in operariorum mercedem,

(b)

b) manu-
mifforum
egestate,

§. III. Neque difficiles esse potuerunt liberti eorumque posteris, quin ea lege agros lubenter susciperent. Cum plerique egestate rerum premerentur (c), neque alia fere illis essent ad cultum & uitum remedia.

c) desidia
in rebus
alienis,

§. IV. Deinde maior de illis, quae nostra propria sunt, nobis esse solet cura, fides, sollicitudo (d); quam in quaestu mercenariorum, quorum operae emuntur.

d) despici-
entia agri-
culturae.

§. V. Paucitas tum illorum accessit, qui ruri agere uoluerunt, hominibus manumissis in urbes se conferen-

*Finis iurium
dimidiatorum.*

(b) Inde enim est, quod illi, quibus iura dimidiata obueniunt, operis plerumque largitoribus suis obligantur. Sie musken so viele tage zu hofe frohnen; handdienste; gabeldienste; pflugdienste; erndtsuhren; wissfuhren; gedrayde fuhren u. s. w. verrichten. Quae omnia causas loquuntur dimidiatorum iurium in Germania.

Causa egestatis manumissorum.

(c) Olin cuncta fere officina in germanis etiam fere penes seruos, quorum opera supellectili domino eorum eo facilius sufficit, quo tenuior maioribus nostris fuerat is adparatus. Qua propter alius fere generis operas nemo conduxerat, quam rusticas. Ut adeo neque seruis manumissis aliud quid super esset, unde uiderent, quam ex rusticarum operarum locatione. Neque ego aliam causam uideo, quare Caesares tempore interregni cum alias fere omnes, tum sellularias etiam artes, seruis ereptas, collegiis demandauerint hominum ingenuorum, illaque pri-

*Vera origo
der Hand-
wercks zunft-
sen.*

1 uilegio munierint, quo prohiberent quosque alios, qui illas priuato instituto audent exercere. Atque ex illo tempore sartorum & sutorum artes. Caesarem iudicio, omnino factae sunt ingenio homine dignissimae. Ut risu digni sint, qui litterarum studio id elogi-um, moribus romanis congruum, praecipui quodam iure, hodieque uolunt tribuere. Sic enim formulas cantus peregrinas, sine iudicio & sensu nostrae reipublicae. Contra enim patriae mores nunc medicos, legum & litterarum cultores Iudaeos hominesque leui macula notatos ferunt; a sartorum uero & sutorum tribu excludunt utrosque, ut horum collegia ingenuis hominibus tantum non digniora primis esse uideantur. Sed dedit hoc imperator subleuandae manumissorum egestati.

(d) Huc refero iura dimidiata *Iuris nostri* quaecumque. Sive illa tantum sint *maior cura* redituum, ut sit in locationibus *quam merce-* *pore-* *uarii.*

*Urbi-
sae mar-
ziffi.*

ferentibus, ut citium numero adscriberentur (e). Utrumque permouit rerum dominos, ut iura in agris constituerent, cum aliis dimidiata.

§. IV. Praeterea, quae paganorum superstitio (e) religio-
fuit (f), ut diuisa cum ioue imperia habent; illa nis nimie-
etiam animos Germanorum occupauit, ut, Christum tate.
professi, praedia Deo & sanctis uestigalia (g) mal-
lent,

porariis astiduisque, den *lasgütern/*
Meyergütern u. f. w. siue partem
concedant dominis, quod fit in emphy-
teusi den *erbjngsen/jinglichen*; siue ab-
sumant totum, denent *jnggütern/*
fröhnern / diensteuten u. f. w. Iure
meritoque dulce uerbum proprietatis,
condominique incitamentum
dixeris fidei & industriae, quamuis
re ipsa id multum quandoque fallat.
Sunt in uicinia rustici, qui de propriis
agris maiores canones & collectas
soluunt; quam conductores alieno-
rum. Hac tamen inanium specie
falluntur: es wäre glesch wosl ihr
eigenes; man müste auf bessere zeiten
und jahre hoffen; man müste es
in beyde hände nehmen und sehen/
dass man sich so hinbrächte.

(e) Henrici aeuipis imperium
fuit, ut decimus quisque se in urbes
conferret: adeo omnes tum abhor-
ruerunt ac iuitatuni insitutus. Quo-
niam isto tempore rusticam uitam
uel serui egerunt uel homines pro-
prietii uel domini landsässli, hac ipsa
causa ordine nobilium insignes.
Illi non poterant: hi uero nolue-
rant domicilium uertere &, uillis ac
fundis relictis, urbes incolere. Hinc
illae hodieque rarissimae sunt, quae

1 cines habent, nobilitate illustres:
nisi, ubi feuda salinaria offendun-
tur, ut Halae Venedorum, Sueuo-
rum, Luneburgiac in primis Stasfur-
thi & Salzae, quarum senatus etiam
nunc absoluitur landsässli tantum
2 nobilibus. Alia rerum facies fuit, im-
peratis Germaniae manumissioni-
bus seruorum. Ex eo enim tempo-
re opificia omnia & mercatus pa-
3 gis interdicti & libertis urbium in-
colis, destinati sunt: ut serui ma-
numissi ea propter cateruatim in
urbes aduolarent. Unde est, quod
hodieque landsässli nobilibus non
4 liceat uel opifices alere in pagis, uel
coquere cereuisiam: cum tamen
utrumque olim illis licuerit, quoni-
am in uillis serui eorum instruxe-
rant omnis generis opificinas.

5 (f) Quae superstitio Romano-
rum fuerit, ut numinibus suis agros
ganorum nra & praedia dicarent, dictum est supe-
6 rioribus p. 36. litt. q. p. 6. litt. u. quod
institutum plene explicauit Gotho-
fredus. Respexit forte huc quo-
que VIRGILIUS in epigram, quo ce-
cinit: *Diuinum imperium cum Ioue*
Caesar habet.

(g) Exempla in diplomatibus *Agri Christo*
medii aevi admodum frequentia *uestigialer*,
sunt.

Urbium cati-
sae manu-
missi.

lent, quam libera immuniaque ab huius generis tributo,

f) *odii
usurarum.*

§. VII. Tandem ecclesiarum diuitias foenori dare, quod omne mutuuum esse gratuitum debeat, rem

sunt, ubi libera praedia Christo; Mariae; apostolis; martyribus; sanctis facta sunt uectigalia. Sanctos tamen puta noui tantum, non ueteris testamenti. Neque enim Abrahamo, Moysi, Iosuae, Samuelli aliusque uel templa uel agros dicatos esse reperimus, quasi uetustas illis obesset, quin preces eorum quid possent apud Deum. Momentosum exemplum est uniuersum Angliae regnum, quod Inas rex hac religionis nimietate Petro apostolo fecit uectigale. teste, post alios plures, *Matthi WESTMONASTERIENSI ad an. Chr. 727.* Id Petri uectigal alii reges post in tantum auxerunt, ut pontifex quaestorem in Anglia habuerit, qui collegit tributum hoc Romamque illud transmisit. Quam prouinciam ultimus sustinuit *Polyd. VERGILIUS*, quod ipse memorat *lib. IV. hist. Angl. p. 118.* Plures auctores habes in *der Pusend. erleuterung* cap. 4. p. 591. Imo templa, arae, lampades suos in *pontificii* habent censitas. Inde memini, uocauisse aliquem Poloniam, *das lampen reich*; quod constat, lampadi Petrinae aedis eam uectigalem esse. Nomina quoque noua in hanc gratiam imposita sunt fundis: *Maricnsfeld; Woriz;*

burg; Güter Gottes; Gottesfusse; Josephthal; Vetermannen; Peter-
leute & quae sunt generis eiusdem. *Christo dimi-
diastac*

2 *In nomine sancte & indiuidue
Trinitatis.*

3 Otto Dei gratia Buregrauus di-
ctus de Wittyn, omnibus in perpe-
tuum. Notum esse uolumus, tam
presentibus quam futuris, quod nos
Otto de pleno consensu uxoris nostre
Iutte, liberorum & omnium affi-
nium nostrorum, medietatem stagni
quod Burckewitz dicitur, cum omni
iure & utilitate, sicut progenitores
nostri & nos in feodo tenuimus pro
quatuor marcis argenti redimimus
ut libere possideant & utantur sicut
& ante retroacta tempora possede-
runt. Recognoscimus enim eius-
dem stagni medietatem iam dicte eccle-
siae a felicitis memorie Iohanne pa-
tre nostro pro anime matris nostre
remedio rationabiliter condonatum,
6 licet nos ex quadam pertinaacia talem
donationem aliquandiu non cessauimus
impedire. Ne ergo preface donationis
reconfirmatio in obliuionem queat
imposterum peruenire, sigilli nostri
robore presentem paginam fecimus
communiri, testi-
bus

rem habuerunt, officio hominis christiani indignis-
simam

C

bus etiam suppositis fide dignis, quo-
rum nomina sunt hec: Frater Petrus
cellarius, frater Wilhelmus
magister conuerforum dicte eccle-
sie, frater Henricus conuersus & magister
Curie in Valckenberg, Elgerus
& Iohannes Preuslai, Conradus
aduocatus noster, omnes hy castel-
lani nostri, Hermannus Sartor, &
feodalis noster & aliorum plurima
multitudo. Acta sunt hec Anno
Domini M. CC. LXXVI. in Gotshyn,
in die beatarum undecim millium
uirginum. Alterum est Querfur-
denhium, quod nunc sequitur: Priuile-
gium Dominorum Quernuordenstium
super vnam vineam ad missae celebratio-
nem.

In nomine Domini, Amen. Nos
Cenebardus nobilis de Quernuorde
recognoscimus per presentes, Quod
heredum nostrorum dilectorum uide-
licet Brunonis, Borchardi & Ger-
ehardi, & omnium quorum interesse
dinoscitur, consensu accedente, dona-
uimus & donamus religiosi uiris do-
mino Abbati & conventui monasterii
in Eylwerstorph uinum musti XVIII.
scopas capientem ex vinea in monte
Smanico struato singulis annis diri-
mandam quam custos dicti monasterii
recipiet annuatim, & mediam par-
tem ad opus Dei ministrabit in cele-
bratione missarum. Reliqua con-
uentui iam dicto in uigilia sancti Mar-
tini distribuet. Si autem continge-
ret forte, quod aliquo tempore uinum
in predicta uinea ex sterilitate terre
uel per quemcunque modum deperi-

1 ret, ex iure nos & nostri successores
nobis ex cellario nostro promissam ti-
nam musti dabimus occasione quali-
bet amputata. Vt autem donatio ta-
lizet permillum est, per nos & nostros
2 sequaces inuolubiliter obseruetur,
dedimus presen: scriptum nostro sig-
gillo communitum. Datum anno
Domini M. CCC. LIII. In die sancti
Viti. Tertium dare uolui in uer-
3 nacula, quod plura momenta habet,
de quibus suo loco dicemus. Est au-
tem tale:

Super memoriam Friczen Ganken
& suorum, & super i. fertionem
4 censuum.

In gotis namen/amen. Ich Her
Fricze Gank Ritter von Duerfurt
vund elisabeth meyne eliche wirzyn-
ne mit allen unsern erben bekennet
yn disem brieffe/alle dye en seen odder
vornemen/ das wir yn die ere Gotis
vund durch seligkeit unser eldern siin-
derlich meynes Vaters / gnant Wip-
precht meiner mutter Zitten und
6 frauen so phlen von scheidungen mit
allen glaubigen selten zu troste haben
gegeben dem Gotesbue zu eyluere-
storf meyne sirdung geldis ewiger zeitung
den herin off dem fore / da umb das
7 sye alle Jar sollen begeen unser el-
dern Jarzeit an dem negsten montag
vor sancte Martini mit langen Wig-
gillien an dem tag dar nach mit sele-
8 messen mit latens/ lesin vund singen
also es gewonlich ist. Darnach men-
get vber vich odder meyne frauen
gebait / so sol man die vorgefarie be-
ne Jarzeit danne balden off die selb-
ten

firmam (h). Ne tamen hoc lucro ecclesiae carerent,
nomen

ten zoet diser vorsehdunge off mel-
chen tag wir danne beyde vorfallen
off den soll danne ewiglich bleiben das
selbe gedechtnis vnser eldern alle mit
einander vnd vnser mit allen gleu-
bigen selen / das uns allen got geben
nach dieser zeit das ewige Leben. Zu
bekentnis vnd yrkunde diser vor-
geschribene rede ha ich Her Frtze
vnd dpe meyn mit vnsern hugesegel
gestiffte disen brief / der da is ge-
schrieben vnd gegeben nach gotis ge-
burt da es war Tufend vnd fihun-
dert Jar dar nach vnt funfften Jar
des tages sinte Valentinus Huc
etiam decimae pertinent. De qui-
bus magnae omni tempore dispu-
tationes inter theologos fuerunt,
utrum sint iuris diuini moralis
an forensis tantum Ego, qui pri-
us affirmant, rerum habeo aestima-
tores iniquissimos. Deus Leui tri-
bum nulla ditione instruxit, ut do-
ctores essent, Israelitis aliisque spar-
sim mixti. Cum ergo duodecimam
populi Israelitici partem absolue-
runt; aequum fuerat, ut decima
pars uniuersi regni illis assignaretur.
Clerici nostro aeuo quid?
numerus pastorum num duodeci-
mam efficit partem ciuitatis? Contra
unus pastor coetui praeficitur ter-
centum ouium. Taceo ipsos quo-
que clericos in nostra republica
fundos & agros acquirere: ut adeo
ex utraque causa forte sua possint
acquiescere. Sed glaucoma religio-
nis plurimorum oculos hodieque ob-
ducit, quin uideant lumen ueritatis,

*Decimae quo
iure?*

(h) Improbitalis omnis generis *Num usurae*
usuras sunt, qui postularunt. Inci- *sint iniquae?*
melius meis litteras autographas ad-
feruo Philippi MELANGTHONIS
& Hieronymi SCHURFFII, ubi
uterque a Daniae rege Christiano
an. 1553. de usuris lege quadam
coercendis eidem consulto respondet
idque hoc sero modo: *Omnes usuras Responsio*
improbis esse, quid numus unum non Iuris iust. ad
pariat; sacer codex nobis illud non Daniae R. Me
uno loco inculcet; mutuum dare, nihil lauchthonis
inde sperantes; iudicio paganorum
etiam damnentur cuiuscunque gene-
ris usurae. Hinc primo quidem in-
tuitu uideri, Daniae regem bona con-
scientia rei modum dare legibus non
posse, quae iuri diuino morali praerfas
esset aduersa. Ne quincunces usuris
praescribendo ipsas usuras adprobare
uideatur. Verum, addunt, alios li-
mites curiam, alios ecclesiam habere.
Pesse itaque regem quincunces in fo-
ris tolerare, ecclesiae tamen antisti-
tibus, quod consilium est Philippi,
serio intingere, ut illi coram populo
quascunque usuras damnent exclu-
dantque usus sacrae coenae, quotquot
illis inire uelint. Hieronymus ue-
ro putat satis esse, regem serio in proce-
mio legis subditos admonere; non ad-
probare usuras, modicus tamen in iu-
dicio forensi fore impunes. Magna
uero discrimen esse inter instam &
honestam: inter id, quod impune &
quod rectum; inter ea, quae toleren-
tur & illa, quae adprobentur. Usurae
quincunces primi generis esse, non al-
terii.

*Aut om-
nes fo-
endur.*

*Sente-
singul-
uestit-
vario.*

*en p-
ditio.*

nomen mutarunt & agrorum dominis pecuniam
C 2 credi-

An omne cri-
men sit puni-
endum?

terius. Addo aliqua sermone Philippi, quo is scripsit: Und ist von dem Rucher auf dem Reichstag 1541. viel disputirt worden. Es ist aber ein sehr weit unterschied zwischen der sünd und zwischen der weltlichen straff/welche bloß zum schutz der menschen angesehen ist. Also wenn ein lediger gefell/mitt einer ledigen Frauen unucht treibet / doch nicht in offentlicher ergernuß / so übet die weltliche potestat keine straff / gleichwohl billiget sie solche unucht in keinen weg. Das ist gemeldet / daß man betrach den unterschied zwischen der kirchen lehr von der sünde und eusserlicher weltlicher straff / dieses ist also zu Regensburg disputirt worden / und sind dabey gewesen der alte löbliche Graf zu Manderscheid / Gerhard Feldwich & M. Nath / Groperus, Bucerus und ich. Liceat hac occasione meam quoque sententiam prodere, de iustitia quam noua ratione tuor, usurarum. Scilicet in omnibus contractibus debet esse aequalitas, qua utriusque contrahentium commoda debent promoueri. Abest enim hic animus donandi iactandique suum. Atque idem nunc dicendum est de mutuo, ubi qui dat alteri pecuniam, damnum sentit, qui accipit ab altero lucrum. Probo utrumque. Primum quidem non leui ratione illorum, quibus tanti est, oculorum delictis priuari ex intuetu solo numerum, quamuis haec etiam causa legitima sit, quoniam Romana iura numerum eapropter statuerunt usum

Sententia
singularis de
iustitia usur-
arum.

ex parte cre-
ditoris,

I fructum l. 28. numismat. ff. de usu-
fructu neque altera, qua putant, opu-
lentie opinionem in republica cum
aliis, tum mercatoribus maxime
tempore nundinarum prodesse, qua
2 ille destitatur, qui numos tradat
recipiatque schedas, nuncias quan-
doque fallaces diuitiarum: uerum
alio longe firmiterique filo argu-
mentorum. Scilicet hodie, ubi ni-
hil non prostat uenale, stultus sit,
3 oportet, qui numos collegerit, ut
oculos pascat, quin potius boni pa-
tris familias sit, emere fundos, mer-
ces, operas, resque fructuum fera-
ces. Nemo adeo iners & ignauus
est, qui hoc modo acquirendi nesciat
uti. Quod si ergo hoc sine numi
colliguntur: quis damna non intel-
ligat, quae patitur creditor, usu-
4 eorundem, quem alteri concedit,
destitutus. Ut pericula taceam,
quibus creditor alterius fidei se ex-
ponit, si, quod saepe praeter spem
accidit, eandem fallat. Deinde iu-
5 stitia quoque usurarum elucet ex
debitoris. *ex parte de-*
altera etiam parte debitoris. Ille
enim creditis numis uel damna
anertit uel, quod plurimum sit, lu-
6 crum captat, ut graues illi esse ne-
queant usurae. Exempli loco; emit
quis praedium sexaginta millibus
thalerorum: sed desunt ipsi uiginti
7 millia, quin integrum pretium solu-
uat, quae ideo mutuo accipit ab alio.
Cum itaque bona eius duabus tertis
exhauriantur, redituum quoque
eius praedii non maior pars ipsi de-
betur: tertia quae reliqua est, opti-

crediderunt, ut quincunces penderent, non usurarum causa, sed iure censuum: quod genus contractus ideo emtionem esse, dixerunt, nec quicquam mutuuum (i).
Quas

mo iure cedet creditori. Quid uero ad dubitationes a doctoribus oppositas iustitiae usurarum? Quamuis enim primo numus numum non pariat: satis tamen est, numos comoda alteri gignere, digna, quae aere redimantur. Neque domus domum parit: sed tamen nemo in iustum ideo dicit locarium. Deinde utilitatem uideri innoxiam alteri, qui numos credat, in cista otiosos. Resp. Contrarium supra ostensum esse: quod locarium ideo solui, quod conclauae habitando reddatur deterius aut quod possessor non opus habeat eodem. Praeterea sententiam sacri codicis puto uel non accipiendam esse ex sensu contrario; uel ad ea tempora respiciendum, ubi rerum permutationes frequentes fuerunt, usus pecuniae tantum accessorius ad dandum rebus permittendis aequalitatem. Ubi enim res eo tantum sine custoditur, ut praesto sit, cum illa fuerit opus, eius generis mutui & ego improbauero usuras. Exempli causa, frumentum aut panem alteri das, ut cum eo tibi opus fuerit, quod dedisti, recipias: tum in humanas esse puto foeneris rationes. In mores nihilominus fuit apud rusticos, ut reddiduri, quod accipere, usurarum loco aliquid super addant, quod uocare ad solent das usuras. Sit uenia ambagibus.

Census cur
omi dicantur?

(i) Id ex formulis diplomatum

1 medi aevi intelligitur, quorum duo exempli gratia addimus. Primum est:
Nos fratres Nicolaus Prior, Reynardus supprior, Iohannes Colletarius, Iohannes Bursarius totiusque conuentus monasterii Dobirug publice recognoscimus per presentes, quod reuerendus in Christo pater & dominus dominus Henricus de Ortrand noster & dicti monasterii Abbas, consensu & assensu, maturo consilio & bona uoluntate seniorum nostrorum & totius dicti conuentus accedentibus, emisit iusto emptioms titulo a discretio uiro Iohanne Reske in uilla dicta
2 Dreske, quam a nobis & nostro monasterio tenet iure feodali, unam sexagenam & XL pullos annis & perpetui census dicto Domino Abbati ad
3 nitam suam duntaxat, & post eius obitum dicto conuentui perpetuis temporibus persoluentem. Quam quidem sexagenam latorum grossorum Prior, qui pro tempore fuerit, singulis annis in festo Michaelis colligere, & dicto domino Abbati quam
4 ditur nixerit, & post uitam conuentui predicto, qualibet contradictione & dolo quocumque semotis debeat ministrare. In cuius rei testimonium & memoriale sempiternum Sigillata
5 sepediti conuentus nostri presentibus est appensum. Datum & actum Anno Domini M. CCC. LXXVIII. in octaua epiphaniae Domini. Alterum
6 vero hoc:
7

Eite.

Quas diuae matris praestigias eodem deinceps iure
ciues sunt imitati; ut, si non boni essent, boni tamen,
ecclesiae exemplo, esse uiderentur.

§. VIII. Addunt plerique etiam doctores tristis-
simos bellorum euentus. Populum enim uictorem
hoc sine incolas deuictos in pristinis agris reliquisse
pu-

g) *eueniu
belli.*

*Litera Hans Kuchels super L. fl.
reemprianis*

Ich Hans Kuchel zu Mleuen
wonhaftig bekenn öffentlich yn die-
sem brief vor mich alle meyn erbenn
vnd erbennen / das ich recht vnd
redelichen umb meynes sündertsi-
chen nutz vnd fromen willen dem
Erwidrigenn würdigen vnd geistli-
chen Herrn Johanni apte / Anthonio
priori Symon eukodi / michaeli pro-
curatori vund der zu dem ganzen
conuent des closters zu marienzelle
sancti Benedictus ordens bey dem
dorffe Eyluerstorf gelegen Halbe-
stadis Bistums vund allen oren
nachkomeligen vorkauff habe vnd
gebe zu kauffe vff eynen rechten vnd
redelichen widdekauff In krafft die-
ses briefs jowen rinsche gulden jert-
liches zeinses gut am golde vnd
sweher gnuet am gewichte off meyn
nen garten vor dem heyligen gelte
vor Mleuen vor den vorkiehern
kunt genannten heyligen geists zu
he lehen rürendt. Dorumb he mit
bewuste gegeben haben bezalt vnd
übergezoalt haben funffzig rinsche
gülden / dye ich furder an meynen
scheinbarlichen nutz vund grossen fro-
men gewant vund gelepte habe. Wel-
che yzunt gnanten jeren gulden rins-

1 sche jertliches zeinses gerebe vund ge-
lobe ich obgenanter Hans Kuchel
für mich alle meyne erbin erbennen
vnd wer dieselv obgeschriben gartn
je het bey meynen guten waren traw-
2 en de vorgnante Herrn apte vund
samenunge zu der marienzelle vund
jeen nachkomeligen gültlich vund
freundlichen yn yrem closter do selbist
alle jar jertliche off vnser lieben frauen
3 tag wurkweil nach gebung dieses
briefs vund dye weile diser zeins
nicht widder abgekaufft ist gültlichen
vund freundlichen zu bezalen geben
vund aufrichtenn an allen iren scha-
4 den angenerde. Auch haben wir
die obgnanten Herren apt vund sa-
menung den gunst und willen ge-
schan / das ich dye abgemelten jeren
gülden rinscher jertliches zeinses wid-
der von on kauffen magt / in welchem
5 jar vund zeit mit meyn erbenn odder
besizer obgeyanten gartins das
ebend vund genellig ist umb funffzig
gülden rinschs in gewicht vund ge-
stalt we obngeschriebin. Vnd
6 wen ich / meyn erben erbennen odder
besizer obgnanten gartins obge-
schriebin meynen kessern solche
funffzig güldenn mit sampt den vor-
selbin zeinses so der hinderstellich we-
ren bezalt habe / suchen vund wollen
he

putant, ut iurium dimidiatorum leges sequerentur. (k) Exempli loco Sueuiam allegant Vandali- que (l). Opinio, quamuis testatissima sit, calculum me-

1. Ihe mir meynen erben erb nemen od-
der Juhaber obdachts gartens dieſen
meynen brieft wider geben/vund der
ſelbige brieft alsdan machtloß ſeyn
vund vnkrefftig. Zeu vrkunde vund
feſter ſicherung hab ich den fürſich-
tgen Darchylomeum Gerhart des
erborn rathß zu Meuen ſtadt-
ſchreiber das er ſeyn pißſchier vñ
vund ſeynen erben unſchedlich vor
mich meyn erben erb nemen od-
der Juhaber dießes obgeſchriebin gar-
tens an dieſen brieft zeu bringen ge-
betin Vnd wy vorgeſchriben ge-
ſcheen das also bekenne. Geſcheen
am ſonabend nach martini nach Chri-
ſti geburt tauſent vierhundert vund
ſin nuntzigſten Jar. Quid? quod
etiam vulgi fermo hodieque ſit,
zußkauffen/ dienßkauffen/ id eſt mu-
tuum dare alteri, uſurarium loco,
annuos pendat cenſus uel cenonem
praefſet uel ſeruitia. Ceterum
neſcio, quacauſa mercatores Saxo-
nici uenditis mercibus pecuniaque
iſtis numerata dicant: ſie hätten
heut gut geld gekaufft/ magis appo-
ſite alii Germani: et hätte heute viel
geld gekußt. Sed uincit uſus ratio-
nem.

Belli iniu-
riæ num
cauſa iurium
dimidiato-
rum?

(k) Bella uel priuata ſunt nel pu-
blica, atque hæc iterum uel domi-
uel foris geſta. Singula dicunt effe-
ciſſe, ut agrorum iura dimidiaren-
tur. Primum quidem & alterum
genus, quoniam poſſeſſores fun-

1. dorum patronos quaſiuerint ino-
cenſu, canone, dominioque directo
propoſitis acceperint etiam, qui illos
ſecuros praefſarent a priuatorum
latrocinis. Quod ſi uero in manus
2. peregrini uictoris uenerint ciues,
Romanorum exemplo, parte non ſo-
lum regionis eodem multatos eſſe;
ſed etiam id, quod incolis relictum
fuerat, cenſibus & ueſtigali onera-
tum, ut nomina agrorum paganis
3. remanſerint, neruos eorum utilita-
tesque conſequuti uictores & res pu-
blica. Inde doctrina Romanorum,
extra Italiam dominia non reperiri,
4. Prouincialium praediorum poſſeſſo-
res non dominos eſſe, ſed poſſeſſores.
Dubitatum quoque num illi agro-
rum uindicationes habent? Quod
negatum eſt, cum publiciana illis
tantum competat, quod plenus ex-
5. plicauit *ALTESERRA ad Trypho-
nium tit. de rei vind. p. 265*

(l) Sueuos enim Chlodonaues Num id de
hac quidem lege ſubſtagauit, ut ple-
6. Sueuia ue-
rique eorum ſubirent iugum ſerui-
rum Vanda-
tutis. Itaque durioſem hodieque
liaque?
fortem agricolarum eſſe putant in
Sueuiæ pago, quam in reliqua Ger-
mania. Teſtimonia congeſſerunt
7. *B. RHEMANVS lib. 2. ſub initium,
p. 262. VADLANVS lib. 2. p. 34.
STYMPFVS lib. 4. chron. c. 27.
WYRSTEISEN chron. Baſ. maior
lib. 2. c. 30. CRYſIVS. annal. Sueu.
Part. 2. lib. 8. p. 212. LEHEMAN.*

meum non impetrat. Romanos enim mores sapit:
neqcquicquam uero Germanos (m).

§. IX. Quod de Germaniae desertis in eodem ^{b) nouali-}
hoc argumento monent, quae cultoribus hoc iure ^{um nunc-}
fue-^{ro.}

lib. 2. c. 19. 20. GRYPHLANDER de
Weich, Sax. c. 24. n. 9. §. 9. Joh. GY-
LERVS in Rhactia lib. 5. p. 59. MA-
GERVS de aduoc. cap. 6. n. 730. HEL-
DER in act. Linden. p. 597. Vene-
dos, qui irruptionibus fere quoti-
dianis impetierunt finitimos Ger-
manos, Henricus auceps & Otto
primus deleuerunt atque ex tot
cladibus superflites, mancipiorum
infar, reliquis Germaniae incolis
uendidere, ut tota gens in diuersas
patriae nostrae oras dispergeretur.
Imo tam alieni fuerunt postea Ger-
mani a moribus & sanguine Venedo-
rū, ut suos prohiberent a connubiis
eorum neque paterentur, ut illi iura
acquirerent ciuium aut landsassio-
rum. Imo Venedi nominis quoque
memoriam uoluere extinctam, quo
factum est, ut Brandenburgensium
Marchiae adpellationem darent Sa-
xoniae transalbinæ, inprimis Hen-
rico Leone & Alberto Vrso imperan-
tibus, qui nouo conatu, multa mil-
lia Venedorum expulere, Francis &
Belgis in loca eorum substitutis,
Testimonia suggerunt HELMOL-
DVS lib. 1. chron. c. 38. & huius
interpres Bangertus. HEKTIVS
addi potest de hominib. propr. Scit. I.
§. 5. p. 162. & Comitibus ab ARCO formu-
la marchiae Brandenburg. §. 4. litt. 1.
p. 42. §. 5. p. 51. §. 10. p. 67. §. 12. litt.
p. 101g

(m) Superius ostendi *lett. k. Seruitutes*
quod Romani populos deuictos in *Et iura dimit-*
seruitutem redegerint; agros autem *diata Ger-*
reddiderint uectigales ac stipendia *manorum*
rios, atque possessoribus iura domi-
nii negauerint, quod esse dixerunt, *quam a hely*
penes rempublicam. Quapropter *lis,*
bella apud Romanos & seruitutem
causae fuerunt & censitorius
agrorum. Quid uero haec ad Ger-
manos, qui peregrini uictoris iu-
gum nullo tempore subterunt? Mi-
grarunt germani prouincias, ut alii
in loca possessoribus uacua, se con-
ferrent. Ita Venedi Vandaliam
occuparunt, a Vandalis sponte emi-
grantibus derelictam, Herulo-
rum ac Hunnorum irruptiones
asslixerunt Germanos aliquandiu;
neqcquicquam uero oppresserunt.
Thuringi; Boii; Saxones in potesta-
tem cesserunt Francorum: non in
seruitutem, Populi enim hi tributa
soluerunt regibus Franco Gal-
lorum; salua libertate & proprie-
tate dominioque praediorum. Du-
bito, Clodoueam duriores fuisse
Sueuis; si pauciores exceperis, qui
ferocitate perfidiaque animum eius
irritant. Infeliciores Venedi, quo-
rum fata *lett. n. 4. s.* explicauimus.
Si ergo seruitus causa, *hominum*
proprium, cur nulla huius generis
nomina in Marchia Brandenburgensi
offenduntur. Breuiter; serui aut
prox;

fuerint assignata, magis huc facit (n); sed iste contractus locum sustinebit singularem.

2) delicto.

1) acre alie-
no.

S. X. Illud etiam euenire potuit, ut, multae praediorum iura dimidiarent (o): uti aes alienum uniuersim. In causis uulgaribus aliis doctores laudare malo, quam crambem recoquendo stomachum mouere (p).

CAP.

prorsus manumissi sunt; aut ex aliqua tantum parte. Primum accidit, ubi incolarum maior cultura; alterum, ubi quondam minor fuit. Id constat, Pomeraniam; principatum Meklenburgensem; Holsatiam; Westphaliam; Sueniam & Franconi-
hominum propriorum cohortes alere hodieque: in reliqua Germania haec fere nomina exulare. Occurrit alta regula: quo principum maior auctoritas; eo *ra-* siores sunt pristinae seruitutis reliquiae & frequentiores eapropter emphyteurae, censitae, angariae, cetera: contra, quo magis *addicti* sunt principatus, eo *addictiores* agricolae landsassii, id est, eo luculentiores sunt species seruitutum. Fundamentum haurire licet e p. 147. *lit. a.*

Nonnulla, qui
causae iur.
dimidiator.

(n) Quod de Germanis insu-
sim Tacitus & eius interpres, *CLY-*
VERVS lib. I. cap. 13. id sigillatim
de Sueuis memorat Felix *FABER*
lib. I. p. 76. laudem maximam pu-
tabant quam latissime a suis sinitus
uacare agros & uasatis circum se fi-
nibus solitudines habere. Ita est,
Germani quondam syluis ac deser-
tis usi sunt ad delicias & propugna-

I cula. Verum ex quo cultiores facti
sunt, syluestria ac deserta loca in
agros commutarunt. Multum au-
tem operae ponendum fuerat, ut so-
lum uerteretur. Quo factum est.
2 ut, uel censu uel operis uel parte
dominii uel hisce officiis simul
reseruatis, ipsos fundos aliis assigna-
rent. Utinam in uitio non pecca-
uissent huius orae incolae. Inopia
enim ligni & pastus ciuium hic
uere perimit fortunas.

(o) Hac arte usi sunt imprimis
clerici, ut laicis persuaderent pecca-
ta uix dignius sui posse, quam per-
petui census obligatione. Notum
est, quod Polonia, a pontifice ob cae-
dem Stanislai proscripta, pacauerit
iram antistitis annuo uectigali,
Romanae curiae promisso. Prin-
cipes etiam & iudices iisdem usi
sunt; remediis ad canonem impo-
nendum peccatoribus subditis.

Qui eorum
causae deli-
ctae?

(p) Hos census *constitutinos* di-
cimus, si quando proprietarius fun-
dum alienare noluit, sed quo nomen
solueret, ab alio pecuniam accepit,
& loco usurarum obligauit creditori
annuum censum; dominiam direc-
tum; operas; siue coniunctum,
siue sigillatim. Sunt ultima haec

& maxime
aer alienum?

tra-

CAP. III.
DIVISIO IURIVM DIMIDIATORVM.

§. I.

VT illam iurium dimidiatorum infinitudinem, quantum fieri poterit (q), in ordinem redigam: singula eorum disponam in tres classes.

Tres classes, ubi dominium plenum uel 1) penes heredes,

§. II. Prima eorum est, ubi omne DOMINIUM fundi penes HERVM remanet: fructus uero ex eodem

D ob-

tractationis uulgaris, quae passim reperis apud BONIVM de censibus artic. 25. FALLERIVM de contractibus. censu alibus, uerbo census, SYM-MERHARD de contract. q. 72. CO-VARRVLLAM lib. 3. resolut. c. 7. Frid. MARTINI de iure censuum cap. 2. Qui modos etiam explicant, per quos dimidiata iura donatione; in-stitutione; legato; transactione; praescriptione; pacto; dote aliis que rationibus acquiruntur. Verum haec satis constant hominibus, iura romana doctis. Id tamen obseruo, in rebus mediæ aevi, emphyteutas, beneficiarios, hominesque generis alius, qui fundos possederant ea lege, ne illos alienarent, censuum quandoque uel operarum onera creditoribus suis conlitiuisse, qui moribus ac temporum longinquitate postea in ius iuerint: quamuis id principio frustra factum esse, intelligatur. Qui enim dimidiat iura minuitque, is partem alienat eorumdem.

1 fuerit ad numerum istum augendum & duplicandum; cum plurima possiderim, multaque restent, quorum non memini. Ad eas ergo si lubet: Anzugs-schilling; Wankforst; Barggeld; Beherdischeiten; Bedemond; Bringsfiger; Wudigler; Burgfeste; Breitguth; Kerchenschak; Dienergeld; Dimengeld; Dinghöfe; Dunctwercke; Dienstzins; Erbeschopf; Erbfallsgehenden; Errtagewens; Friedschak; Gatterzins; Gewandfall; Grasgeld; Hauslingsgeld; Heerdrecht; Hinderstele; Hoffrechtsgut; Hospacht; Hofzins; Hulgeld; Hubengeld; Kofigeldsguth; Kofsgüter; Land schäkig; Leibe-hüner; Lemmergeld; Liedlobn; Mägd-schilling; Mezhethe; Mezhkub; he-the; Wisporn; Nachbardienste; D hre-berthe; Pfannenzins; Pflegschaffen; Pferde geld; Reichsleute; Rodlen-der; Sandalien geld; Sentorathu-sen; Schanergeld; Schöpp-nhuf-sen; Se. dberg; Sendzins; Schlä-tereyen; Schungeld; Sattelaüter; Stolhöfe; Schaffcheergeld; Taber-nengeld; Tagw. den; Tagenwarden; Theilschilling; Wabelvieh; Woat-
leute;

Infinitudo iurium dimidiatorum.

(q) Septuaginta & quod excurrit, iurium dimidiatorum genera enumerauimus p. ego. litt. b. Facile nunc

obueniunt clienti (r). Huc pertinent res colonorum, quae variae & multiplices.

2) *clientem,*

§. III. Altera ex contrario eorum, ubi omne DOMINVM CLIENTIS est: heri autem redituum, operarum, rerumque portio definita (s). In quo numero census, uectigalia, angariae & alia plura eius modi.

3) *inter utrosque dimidium.*

§. IV. Tertiam illa constituunt, ubi ipsum DOMINVM ita est inter VTRVMQVE DIMIDIATVM, ut ea, quae heri sunt, directum; quae clientis, utile audiunt.

lente; Armannen; Urbarleute; Wachs-
ginsen; Weichsaat; Zeissengeß;
Zwangsdienste. Horum quidem ali-
qua explicauit WEHNERVS, vir
patrii iuris callentissimus, & quot-
quot eundem dispari fere successu
in hoc studii genere sunt imitati,
Speidelius; Andbaeus; Besoldus; Fris-
schius; Rudingerus; Dietherus; sed
innumera argumenta restant, a nul-
lo illorum occupata.

*Discrimen
inter domi-
nium rei &
fructuum.*

(r) De Domini verbo actum est
p. 43. litt. 2. & p. 129. maxime Sect. 2. c.
2. §. 3. litt. l. p. 131. u. 4. s. Hic loci
illud in primis tenendum est, domi-
nium quidem aliud rei; aliud reditu-
um esse alterumque tribui quando-
que usi fructuario; conductori, hof. pos-
sessori. Verum in hoc significatu
uocabulo domini hic non utimur.
Ita enim conductor quoque, fru-
ctuum intuitu, ex re sibi deuincto-
ram dicere potest: sein gut; so weit
gheinge das seinige. Primus itaque
uerbi sensus huc pertinet, qui rem
solan afficit dimidiatque, quod Ger-

1) mani etiam signant nomine pro-
prietatis. Quamuis perpetuus co-
lonas fructus & reditus sibi deuin-
ctos habeat; rei tamen ipsius omnis
proprietatis remanet penes locatorem;
2) er hat die bloße nutzbarkeit und kein
nutzbares eigenthum / welches hinge-
gen dem Erbzinshmann zufommet.
Qua tamen de re suo loco. Simile
iudicium est von Leßgütern; herrn-
günstleem; Meyergütern; Cöthern;
3) Beständern; Pachtshäffern / &
quae sunt eiusmodi ex superio-
ribus p. 140. & p. 161. repetenda.
Quamuis nomina multiplicia sine
4) litterisque inuicem prorsus dissent;
quae explicabimus infra sigillatim.

(s) Ut colonus nullam domini
partem habet: sic deest nulla domi-
nii pars censitae. Huic itaque in-
tegrum est, fundum censu adie-
ctum inscio hero, den Zins oder
5) Dienstherrn ohnbeترaget / nen-
dere, diuidere, commutare. Fra-
teor quidem Germanos, ut sic ser-
uente, illum, qui centum iura habet.

*Censitis rer-
um est pro-
prietatis.*

diant (t). Quam indolem habent contractus emphyteutici & qui in patrio iure his sunt uicini.

§. V. Verum tamen cum temporum spatia (u);

D 2

in-

Genera ex
his constata.

non minus dominum salutare, den Zinsherrn; censitam uero den Zinsmann. Verum minus recte, nisi id uel honoris causa fiat; uel intuitu operarum, si quidem illas addixerit eidem censita. Verum suo loco dicam, factum esse hoc uerbi abusu, ut censitas cum emphyteutis & uasallis manifesto errore confuderint partes & iudices, rerum ignari. Loquor tamen de hoc contractu, qua is simplex est; saepe enim fit, ut aliquid emphyteutes admixtum habeat, de cuius rationibus suo loco. Pertinent ad hanc classem die Zinsmannen; Frohner; Hübne; Petermannen; Gottes Haupteute; Landsideler; & quae sunt generis eiusdem in superioribus p. 140. & p. 161. enumerata.

(t) Ita scilicet est, emphyteuta der Erbzinnsman / in eo differat a censita dem Zinsmann: quod ille partem tantum habeat domini sine proprietatis; hic uero dominium ac proprietatem uniuersam. Nam Germani uocabula Herrlichkeit oder Herrschafft digniora habent & magis momentosa, quam ut exprimi eadem possit emphyteutis; quamuis largiores facilioresque & illi sint in nomine Herrn / quod p. 162. litt. s. diximus. Itaque hoc casu diuidunt utile & directum dominium in das nutzbare Eigenthum und das obere eigenthum. Qui etiam Stylus est

curiarum medii aui, ut *nilis proprietatis* apud emphyteutam: *proprietatis* autem superior apud herum seu dominum emphyteutes esse, uideatur. Quod discrimen quoque adfert FELTMANNVS de iure in re p. 145. Huic classi adsigno die Erbsinsflehen; Erbshöfe / & si quae alia sunt, e p. 140. & p. 161. huc referenda.

(u) Quamuis triplicia, quae recensuimus, iura inuicem plurimum differant, quantum scilicet dominus & locator; dominium rei & ex illa uectigal: euenit tamen, ut summa imis commiscerentur. Operae itaque pretium fore, existimo, causas summation explicauisse maximae in foro perturbationis. In his primo TEMPS occurrit, quo illa, quae ab altero conducta fuerunt, ob diurnitatem possessionis speciem condominii acceperunt aut proprietatis. Exemplo id doceri potest, der Laßgüter / cuius generis bona quamuis conducta sint, facile tamen ob temporis longinquitatem speciem induunt agrorum censiticorum. Inde dissidia in foris ob das quaestionire testücke für ein Zinsgut oder Laßgut zu achten sey. Inde cautela: ut canon mutetur quouis decennio. Inde praesumptiones; agrum censiticum praesumi, non Laßgüter, uenia sit uoci, ob uniformem canonem, per quindecim annos solutum.

Confusionis
Lehen; Zins
lehen; Zins;
Erbsachtl.
causa
a) tempus

Emphyteutae
dominium
dimidiatum.

[x]

interualla locorum (x); pactorum rationes (y); studia iudicum & partium (z); ignauia seculorum (a);

b] loca.

[x] In illis oris maxime, ubi maior academicae iurisprudentiae auctoritas. Contra enim ubi iudices sunt, ulu magis edocti, quam in scholis tantum enutriti: ibi minor perturbatio in hoc genere consuetudinum. Sueuiam & Franconiam magistratam ideo dixeris in patrii iuris genuina uetustate. WEHNERO certe; BOLDO & SPEIDELIO plus in hoc genere debemus, quam centumalis, qui ad suprema contenderunt Romani iuris fastigia. Marchici etiam doctores palmam hic assis quondam praeriperunt, in quorum numero sunt DISTLMAYERVS; SCHEPLIZIVS; PRYCKMANNVS; cuius iuri consiliorum ineditorum uolumen apud primariae dignitatis administrum latet, qui eo sine mihi spem fecit, ut exeat in lucem, KOHLIVS deinde; COEPEN & MYLLERVS; Mecklenburgica & Pomeranica his optimo iure addo. In quibus MEYVS *ius publicum singulare Pomeraniae* in delictis habeo, quod nuperrime mecum communicauit insignis iustitiae sacerdos, Rheno uicinae provinciae minus etiam aliis habent peregrinitatis, qua causa magnum in hoc argumento lumen accendant, qui iura in *camera imperii* responderunt. Saxonia faciem peregrinam induit a temporibus Augusti, noui legislatoris. Conferantur loca ad quae remittit lectorem p. 77. *lit. g. n. x.* Inde PISTORI; HELGIO; SCHVRFFIO maior hic fides, quam recentioribus, qui

1 longius a tempore absunt iuris, quod dicitur emendati.

[y] De singulis exempla accipe. *Fundis* finem propositum habent seruitia; sed pactis factum est, ut plura.

2 rima, loco eorum uel etiam praeter illa annuum praestent domino tribuantque uectigal, quibus nomen est *der Heutellehen*. Quod tegumentum suppeditat possessoribus. 3 quo agros feudales censiticis inuoluant adnumerentque allodiis. De *emphyteusi* canon non iurici causa soluitur; sed pro directi dominii conseruanda memoria. Verum sunt 4 domini, qui cum emphyteuta conueniunt, ut operas praestet; ut fructuum partem reddat; ut pendat quotannis pecuniam non leuem; quae schemata cum censiticorum agrorum aut iuris etiam colonarii sint, facile est ad iudicem fallendum, ut, primo relicto, alteri ac tertio generi contractum attribuat. Contra si *census* leuis est, ea propter potest 6 haberi pro canone emphyteutico.

(z) Damnat alius feuda; alius adpetit atque ab allodiis abhorret. *d] studia partium.* *Aras* eo contendit, ut agri in doles sit emphyteutica; quam neque annuo censu dubitat tueri, cuius fauore principem quoque trahit in partes. Contra pater, diues filiorum, ut ipsi immunitas a collectis, ut in ordine nobilium provinciae ei locus, beneficiarium manuult praedidum, quam Triboni p. 13. n. 6. allo.

e] ign.

f] hom. mit.

(a); uerborum & formularum ambiguitas (b); schemata denique horum contractuum (c) multa turbauerint, miscuerint, summa imis paria fecerint: res ipsa non patitur, ut omnia ex ordine, iam nunc proposito, recensentur. Forte tamen neque ingrata erit uarietas, in qua patria hic iura deprehenduntur.

CA.

allodium. Sic memini, aerario principis non leuem pecuniae summam numerasse alios, ut ex feudo allodium fieret, daß man ihr lehen zu erbe, alios iterum, ut ex allodio feudum, daß ihr erbgut zum ritterlehen gemacht würde. Cum utrinque maxime interfit, pro diuersis rationibus temporum ac possessorum.

e) ignauia

(a) Haec discrimina repeti possunt ex illis, quae dicta sunt superius p. 121. n. 7. p. 143. litt. g. p. 145. litt. q. n. 3. Habent Angli; Sueci; Dani in Academiis praeter legum Romanarum doctores etiam PROFESSORES IURIS PATRII. Cum fieri uix possit, ut unus par sit utriusque iurisprudentiae facultati. Verum haec fortuna nondum regie Germaniam nostram: quamuis illa maximo opere opus esse uideatur, ob legum, quae in diuersis patriae prouinciis sunt, ingentem diuersitatem. Optime igitur de republica meretur princeps, qui, hac sparta alicui sigillatim quoque in Academicis commissa, desiderium hoc primum explet, ut alii exemplum propositum haberent, quod & ipsi imitarentur.

f) homony-
mia.

(b) Scribi satis non potest, quantum opere uerba patrii iuris discrepent,

1 & sensu & adpellatione in hoc maxime argumento. *Emphyteusis* alii a *censo* denominant dicuntque illam einen erbzins; alii *feudi* uocem adglutinant eidem ein erbzinslehen; alii autem, Belgae imprimis, illam *locationis* uocabulo insigniunt etiam *Erbaust*. Homonymiam uerbi *lehen*, quo Saxonibus maxime de rebus etiam censiticis & colonariis iuribus dicitur, *das gut lehet* d. h. n. s. w. illud quidem supra explicauimus loco singulari cap. 3 p. 49. litt. f. p. 52. litt. 2. Omnia haec ita se habent, ut quis ab emphyteutico iure abduci & dilabi possit in diuos feudorum; censuum; locationis contractus. Sic *Lassen* & *Meper* aliis emphyteutae sunt; aliis coloni.

(c) In mores iuit, ut & emphyteutae & censitae *inueniantur*; alienanturi uel *consensu* domini opus habeant uel praescitu eiusdem, quod discrimen multi non penetrant; *laudemia* soluant; *fidem* iurent remque teneantur *meliozem* reddere necquicquam deteriorem ceteraque pariter praestent utrique. Quo certe fit, ut haec uel inter se uel cum ipsis etiam feudis commisceantur. Consultores quidam principi fuerunt, ut ad omnia haec onera adstringeret quo-

g) schematis

CAP. IV.
DE CONDVCTIONE PERPETVA (a),
dem Erbpacht.

§. I

Definitionis PERPETVAE CONDVCTIONIS uerbo contractum uolumus cumque nominatum, ac consensualem, quo rei dominus usum eius hereditarium alteri largitur, pro mercede inter contrahentes definita.

*explicatio.
Verborum
a) contra-
ctus,*

§. II. Singula definitionis momenta sigillatim explicabimus. Principio genus eius statuimus CONTRACTVM (b): ut constat, non accipi conductionem de

quoque aliduos conductores. Quaratione & huius contractus cum indole illorum fieri potuisset commixtio.

*Causa inscri-
ptionis.*

[a] Conductionis malui uerbo uti, quam locationis. Quamuis enim haec correlata sint atque hoc casu a priori locatione scilicet, fiat denominatio: leges tamen perpetuae conductionis mentionem faciunt l. 10. uiam ueritatis C. locat. conducti: sine PERPETVA conductio est, ad heredes transmittitur, sine temporalis, si tempus locationis non finitum. In C. THEOD. l. 5. Aedificia de loc. fund. iuris emphyt. sub perpetua conductione locare pariter occurrit. PERPETVARIUM eodem quoque sensu conductores audiunt die Erbpächter l. 1. diui C. de locat. praedior. civil. fiscalium & l. 3. loca eod. ubi dictio offenditur: PERPETVARIIS conductores locentur. Locationem uero perpetuam non memini legislatorem ullibi dixisse. Licet FVNDI perpetuarii

*Perpetuarii
qui?*

*Fundus per-
petuarius,*

1 I ein gut im erbpacht l. 15. Aeternae Cod. Theod. de titonib. & perpetui iuris l. 5. praedior C. de loc. praedior. fisci iuris perpetuarii das erbpachts recht l. 1. ad palatinorum C. de officio
2 Com. Sac. Palatii aliaque nomina se nobis obtulerint in hoc argumento. Accedit, quod Germanica uox etiam latinae concinna sit, cum Erbpacht/non Erbpachtung, Erbpächter; non Erbye pächter uulgi & curiae usu scribere soleamus.
3 Errant autem iuris Romani lexico-graphi inprimis SPIEGELIVS cum eo, que CALVINVS, qui perpetuarios illos colonos dictos fuisse putant, quorum locatio ad dies uitae duraret. Quamuis enim PHILOXENES glossator perpetuo diu sibi reddat: Contrarium tamen cum ex in numeris aliis locis, tum ex l. 10. uiam ueritatis C. loc. com. patet, sub initium a nobis prolata.

(b) Neque enim locatio pro iure ipso accipitur, quod locator concedit, susci-

*Ius perpetua-
rium*

*Error lexico-
graphorum,*

graphorum,

*Nam sit con-
tractus?*

de iure conductoris, uerum de conuentione. Dein-
de mentionem fecimus NOMINATI (c) contractus: *b) nominat*
quoniam uicinitas eius cum in nominatis mater est *ti,*
mul-

fuscipiteque conductor, ut supra de
feudis habuimus *Sett. 1. litt. b. p. 60.*
Sett. 2. p. 83, litt. 1. p. 104. litt. o. p.
117. litt. a. uerum de ipsa potius
conuentione ulro citroque inita.
Hinc in iure audit pactio *l. 25. s. 1.*
ff. locati; conuentio *arg. l. 27. C. lo-*
cati; imo titulus *l. 25. ibid.* contra-
ctus *s. 3. l. de locat. & alibi passim.*
Latini auctores locare deducunt a
locum dare, quod plenius explicant
BYDÆVS ex eo que *CONNANVS* in
commentis ad digesta. Male *ISIDO-*
RVS *lib. 5. c. 25. origin. p. 231. n. 41.*
LOCATIONEM rem dicit, ad usum da-
tam cum definitione mercedis. Quo
ipso censuram is meretur, quam at-
tigi *p. 82. iur. s. n. 1.*

An 'nominat-
tus sit?
Rationes du-
bitandi.

(c) Quamuis enim perpetuae
conductionis natura ualde anoma-
la & tantum non indoli locationis
prorsus uideatur aduersa esse *l. 1. C.*
de iure emphyt. ut adeo ad in nomi-
natos magis contractus referri que-
at *s. 4. l. locat.* praecipue si merces
non in pecunia soluta fuerit, sed in
frugibus *l. 1. s. 2. ff. de posu. l. 23.*
ff. de communi diuisi. quod plurimum
fit, ne opus sit principi, ut omnia ad
uictum & cultum redimat numis,
absonderlich wenn die Venter nicht
weit von dem Hofflager abgelegen
sind / da die Lieferung an Früchten
und uictuali n besser zu seyn schelnet;
imo graue non minus ipsis arato-
ribus, ad aeris solutionem eosdem

3 addringi, ut lex uelit; *Domini praec-*
diorum id, quod terra praestat, acci-
piant, pecuniam non requirant, quam
rustici optare non audent l. 5. C. de
agricolis; quia interest etiam patris
familias; aratores parum nundi-
nari, ne fordeat illis agricultra,
monitore *COLVMELLA* *lib. 1. de re*
rustic. cap. 1. p. 5. imo miserum ex
agro homines traduci ad mercatus
ciuitatum; quod *C. Verri* expo-
brauit *CICERO*, in eundem oratione
p. 675. Veruntamen indolem con-
tractus tempus non mutat, quod
4 *cidendi,*
supra dictum est *p. 129. litt. k. n. 4.*
imo locationi tantum non illud pecu-
liare, quod pactis idemdem mutetur
nonamque accipiat faciem *s. 4. l. de*
locat. l. 15. ff. locati cond. deinde per-
petua quoque conductio non eapro-
ptor desinit esse dicitur conductio
l. 10. C. locati cond. l. 1. ff. si ager ue-
ctigalis. praeterea ex agris decu-
manis decimas accepit res publica
6 Romana; sed illos locatione obu-
niffe conductoribus, qui loco mer-
cedis easdem in frugibus exhibue-
runt adeo certum est, ut Verres, post
alias, ex his etiam causis in crimen
uocatus sit, quod, Siciliae prae-
fectus, a conductoribus decu-
manorum, loco decimae partis
frugum, accepit numos, cum ta-
men Roma indignisset Siciliae fru-
7 mento, Qua de re plene ac uehe-
ment-

Rationes de
contractus

Num merces
esse possit in
frugibus?

e) consensualis.

multae perturbationis. Post CONSENSVALEM (d) diximus, cum frustra sint, qui eundem absolui putant non nisi litterario instrumento.

§. III.

menter differit *CICERO* *secunda oratione in Verrem*. Ex antiquo patriae iure locationis certe contractus penitus exularet, nisi, merces in parte frugum a locatore posset constitui. Vsu enim numorum fere destituta fuisse medii aeni Germaniam; docui in *der einleitung zum Teutschen Münzwesen mittlerer Zeiten* cap 3. 6. aliis. Tantum abest, vt patriae Icti de locatoris merce te in fruge soluenda dubitare possint; quicquid etiam de *l. 21. si olea C. locati* doceant ac disputent interpretes. Accedit, quod Germania nihilominus rerum pretia habuit, licet auri & argenti usum propitium numen illi quondam negauerit. Mensura earundem canabis fuit, in praediorum tamen locationibus minus necessaria; quod hic intueri soleamus, secundatam terrae, ut, quod nascitur, partim proprietario cedat, partim conductori: ratione definita ac stabili, quamuis pretia frumenti soleant differre quod non fit in partiaro colono. Ad leges, quae locationem non sine pecunia fieri posse, praecipimus, summam repono, Aliae earundem loquantur de *opertis*; non autem fundis locatis, quod huius loci. Aliae pecuniae uerbum in sensu accipiunt *ampliori* atque pro omni re, quae pretium habet, quamuis illa sit fungibilis. Miror, *Gortofredum STRAVSVM* in *disput.*

Dissolutio
contrario.
rum.

1 de pecunia numerata in locationis contractibus necessaria, non soluere nodos, sed necere post tantam lucem antiquitatis Romanae. Memini *ancio* *Locci*, cum R. P. non solum quartam partem, quae fiscalis est; uerum etiam iura superfluae aquae *der extra Solen* locare uellet salinatoribus, mercedis loco, aliqua pecuniae summa & sale conficitur; disputatum esse, is contractus nominatusne esset locationis, an innominatus, *do ut des*? Verum ab his discriminibus tantum nunc momenti non pendet, ex quo hodieque doctrinam tuemur, pacta etiam nuda obligare Germanos, quibus neque fas sit poenitere uelle in contractibus innominatis p. 86. *litt. p.*

(d) Locationis contractum consensualis esse, nemo dubitat. *Verunramen de perpetua conductione* causam dubitandi adiert *l. 1. C. de iure emphyteutico*. In hoc enim cum *Conductio perpetua cum litteris contrahatur?* ita, quae inter utrasque contrahentium partes, *partitionibus* *SCRIPTURA* *interueniente*, *habitis*, *placuerint*, *firma stabilitate debent esse condiri*. Itaque in partes hic abeunt doctores. Multi eorum in emphyteusis consensum nec quicquam sufficere, existimant; quin illa ante obliget, quam rite contractum fuerit instrumentum. Negant autem hoc alii, qui sufficientem habent consensum in hoc genere contractus, Nume-

§. III. Praeterea locatorem iuris perpetui do-
minum uoluimus eumque uerum (e), cum peren-
nis locatio temporaria grauius longe habeat mo-
men-

mero haudquāquam minori. Quid
nos? Equidem uerba legis instru-
menta emphyteuseos non tam desi-
derare; quā firmare uidentur; sed no-
uam forte legem facit consuetudo.
Scilicet ante quam in his etiam oris
formula concepta fuit conductionis
perpetuae ehe man des erbpächts we-
gen etue gewisse einrichtung gena-
chet / aus welcher ein erbpächter die
Weise desselben verstehen können/
tantum non iniquissimum fuerat,
nuda promissione, er sollte das guth
in erbpacht nehmen/aut quem habere
illico aeternoque iure obligatum.
Nomen enim erbpacht adeo multi-
plex uarium & obscurum fuerat: ut
conductori cum locatore uel huic
cum illo uix potuisset conuenire.
Opus itaque esse uidebatur pactio-
ne ac litterario instrumento. Nisi
enim hoc, partes litibus ac fallaciis
inuicem fuissent inuolutae. Quo-
rerum statu melius fuerat irritum
habere contractum, quam aeternis
diffidiis irretitum. Verum tamen
septem annorum spatio tot formu-
lae, edicta, rescripta, exempla con-
ductionis perpetuae facta sunt,
quae etiam nunc prostant, ut con-
ductoribus facile sit, ad intelligen-
dum eius indolem, ne contractus,
quem inuent, sint ignari. Atque
ex hoc demum tempore huius etiam
generis conductorem teneri puto
solum nudoque consensu: quamuis

olim iudicio doctorum, pactionibus
ac instrumentis opus fuisse uidea-
tur.

(e) Temporariae locationis iura
haurienda sunt ex iurisprudentia
quae locatō

Romana. Notum est, praedia hoc
modo locare posse praelatum; ua-
sallum; tutorem; emphyteutam;
pignoris possessorem; maritum;
ipsum rursus conductorem. Ver-
rum difficilior longeratio in loca-
tione perenni; quam plurimis eorum

licet disputare. Rerum prorsus
alienarum administratores haud alienae pos-
sibiles limites exhibent suae faculta-
fessor & con-

tis, illas perpetuo locando. Prae-
rator? tera & illi ab hoc iure excludun-
tur, quorum dominia ipsa lege tem-
poraria sunt, quo in numero prae-
rarius? rarius sunt, quo in numero prae-
latus maritusque. Quid de nudo
uafallo, qui in quadam dominii so-

cietate? Patrocinari eidem uideatur
GLOSSATOR iuris Saxon. lib. 1. ar-

tic. 54. Du solt wissen / alle Ritter
lebten anfangs von ihrer kost (sti-

pendio) darnach liehe man den Rit-
tern Pflege (adsignatione agro-

rum): dieselben thaten den acker
den hauren aus um bescheid / das

hiehe pflicht oder zins (locando agros
pro annua mercede) Quod si uerum
est, censitae ordinis nobilium perpe-

tuarii sunt conductores, qui tamen
nunc habentur proprietarii. Sed
ego parui facio sumnia & deliria

huius interpretis. Equidem intui-
tu

mentum. Porro rei (f) uoce ita usi sumus, ut etiam pleraque iura sub suo contineat complexu.

omni iessedi spaci uniusq; sine tempore omnes VSVS

tu liberorum, qui parentis facta praestare tenentur 2. f. 45. liberas hic manus habet uasallus. Verum hoc perpetuae locationis nexu neque is agnatus tenebit inuitos neque dominum: ut adeo fieri non possit, quin, locatoris posteritate extincta, etiam in sumum abeat perpetuitas conductionis. Alia prorsus ratio domini terr. socialis, qui imperit audit uasallus. Ea enim hu-

dominus territorialis

ius est potestas, ut omnia in territorio facere ac uertere possit, unde nullum uel reipublicae uel successoribus agnatis adfertur detrimentum. Reditus autem fiscales tantum abest, ut diminuti sint in his oris conductione perpetua, ut potius auctus sumperint inuidendos; qui pristinas rationes longo post se intervallo relinquunt. Quare nullus dubito, adfirmare: principis locatoris successores teneri ad seruandum leges perpetuariorum; usque idoneis rationibus doceant: damna ex inde fisco ac reipublicae illata fuisse. Inprimis si fraus abfit, ubi honestatis ratio impedit, silem ea retractare, quae prudenti consilio constituta fuere arg. l. 1. §. 2. C. ne fiscus rem euacuet.

Quenam res perpetua conductione locentur?

(t) Errant doctores, qui perpetuam saltem conductionem contineui posse existimant non nisi in fundis. Quamuis enim uerissimum sit, moribus Romanorum hac ratione agros inprimis locatos fuisse l. 1. §. 1.

1. ager uel h. imo hi tantum culturam requirere uideantur, finem perpetuae locationis l. 1. C. de iure emphyt. occurrit tamen in legibus quoque Romanis nauis memoria imperpetuum conductione l. 1. §. ff. de exercit. arque aedium in emphyteusim datarum antio. si quas rumanas 2. C. de SS. ecclesi. Deinde negatur, in perpetua conductione rei ac iuris cuiusque culturam requiri, quod tamen fit in agraria. Neque nomen hoc uelle, opponendum est. Tum enim uel discrimen admittendum inter emphyteusim & perpetuam conductionem uel dicendum est, uerbum quidem culturam respicere, ita tamen, ut res ipsa neque ab aliis conductionum generibus abhorreat. Nostri moribus clarum est, perpetuis conductione deferri iurisdictionem; annuos census; castra; greges; iura patronatus; cereuisiam eouendi & uendendi; munera officialium; molenadina; lacteidina; regalia minima generis fore cuiuscunque. FORMULA conductionis perpetuae, an. 1705. d. 28. Febr. publice edita, rerum quoque multarum meminit artic. 4. desgleichen werden Gärten; Ziegelshuppen; Weinberge; Fischereyen; Mühlen; Brauerechtigkeits; Gerichte; Jagden; Dienste; Schenken u. s. w. angeschlagen und für einen jährlichen erbpacht gegeben; wovon denn gleichfalls ein erbstand oder erbrechts geld erfolgt / wie ein jedes in seinem Wehrt

vsus (g) uerbum, quod sequitur, solito hic laxius ^{usus,} adhibetur: ira tamen, ne ullam attingat speciem dominii. Tandem HEREDITARIUM illud adpellamus, ^{g) hereditarius} quod morte aliterius non expirat; sed indolem habet

E 2 ^{multis} bet

Num res mo-
netaria?

Wehrt beschaffen. In iure mon-
tandi pragmatica imperii sanctio
Münkrech 1559. s. 164. seruet als
sich obstat temporariae locationi,
multo itaque magis perpetuae, Non
quod commoda praestare nequeat
conductori, hoc enim nomine uenit
der Schläge Schaß: sed propter lae-
sionis periculum a perido condu-
ctore metuendum: quae & magna
esse potest & tamen occulta ac fur-
tina.

Quid iuris
consequatur
perpetuarius
conductor?

(g) In temporaria locatione con-
ductori neque *possessio* datur, puta
